



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 [i.e. 27] Assaßini, qui dicantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quem veneno, aliisque pluribus casibus, de quibus per gloss. in cap. clericus, 46. dist. Felin. in cap. 1. numer. 1. de homicid. & idem Farinac. ead. quest. 28. sub. numer. 79 nec sub nomine assassiniij comprehendi potest,

27 ¶ quia assassiniij dicuntur, qui, vel sub do-
minio alicujus exillentes domino serviunt, & eorum iussu occidunt, vel liberi, & nullius dominio subjecti pecunia, aut re aliqua, seu pecuniæ, alicujusve rei promissione, idem faciunt, cap. 1. & ibi Doctor. 30 de homicid. in 6. Gabriel. cons. 170. numer. 6. vol. 1. & optime Capic. decis. 155. per tot.

Minusque sub aliquo alio supradictio- rum casuum, qui huic casui non conveniunt, & dictis septem casibus in eadem constitutione expresse comprehensis, exceptis, in omnibus alijs delinquentes gaudent immunitate ecclesiarum, nec alij comprehendi possunt ex identitate, vel majoritate rationis, aut æquipollentibus casibus, ut supra num. 15. nec contraria consuetudo suffragari potest obstante dispositione sac. Concilij Trident. sess. 25 de reformat. quo renovatur observantia immunitatis ecclesiasticæ secundum formam canonum, & aliorum Conciliorum, ita quod qualiscunque consuetudo contra immunitatem ecclesiasticam fuit sublata, & stante dicta Constitutione Gregorii Papæ XIII. nec aliter potest interpretari, propter clausulam, sic per quoscunque, sublata, &c. supra num. 20, quæ tollit om-

28 nibus iudicibus ¶ facultatem aliter iudicandi, vel interpretandi cap. si eo tempore de election. in 6. Paris. consil. 38. numer. 4. & cons. 41. numer. 22. lib. 4. Cassad. super regul. decis. 12. num. 5. cum seq. & Gomel. de anna possess. quest. 4. num. 5. & licet Ro-

mæ confugientes ad ecclesias non sint tuti, ut testatur Farinac. d. quest. 28. numer. 74. hoc procedit propter præsentiam Papæ, & illius scientiam, quæ pro licentia, & dispensatione habetur,

Gaudent etiam ¶ immunitate ecclesiarum excommunicati ob aliquod crimen ad ecclesiam confugientes, & hæc est communis opinio, de qua per Boer. decis. 100. quàm sequitur Covar. lib. 2. variat. resolut. cap. 20. num. 11. Et dubitatur, an Iudæi ad ecclesiam confugientes gaudeant eadem ecclesiastica immunitate, & licet plures doctores sequentes gloss. in cap. inter alia, in verbo, exirabendis, de immunit. eccl. quos citat, & sequitur Hippol. in l. unica nu. 114. C. de rapi. viing. teneant quod sic, tamen contraria opinio, quod Iudæi non gaudeant dicta immunitate, sed ab ecclesia abduci possint, de licentia tamen Episcopi, probat text. & ibi gl. in l. 1. C. de his, qui ad eccles. confug. d. glol. in cap. inter alia, & ibi Abb. num. 6. de immunit. eccl. & post alios, quos citat pro communi opinione, tenet. Covarruv. eodem cap. 20. n. 11. vers. 13. ubi rationem adducit: non enim par est ab eccles. defendi eum, qui ejus gremio tutelæ, & fidei committere seipsum recusat.

Primam autem opinionem sustinentes loquuntur casu, quo Iudæus confugiat ad ecclesiam, & verè velit effici Christianus, & non fide, ut per d. gloss. in cap. inter alia, ubi etiam Abb. nu. 6.

Sed, quando Iudæus reatu aliquo, vel debitis fatigatus, fugit ad ecclesiam, & dicit, se effici velle Christianum, præsumitur, quod violenter hoc faciat in fraudem, nec probatio in contrarium recipi minusque antea suscipi debet, quam debita universa reddi-